

NOVUS ORDO MISSÆ



RITUS INITIALIS

INTROITUS



In nómine ✠ Patris et Filii et
Spíritus Sancti.

℞. Amen.

Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Fratres, agnoscamus peccata
nostra, ut apti simus ad sacra
mysteria celebranda.

1



Confíteor Deo omnipotenti
et vobis, fratres, quia
peccavi nimis cogitatione,
verbo, opere et omissione:
*mea culpa, mea culpa, mea
máxima culpa.*

Ídeo precor beatam
Mariam semper Vírginem,
omnes Ángeles et Sanctos,
et vos fratres, orare pro me
ad Dóminum Deum
nostrum.

2

Miserere nostri, Dómine

℞. Quia peccávimus tibi

Ostende nobis, Dómine,
misericórdiam tuam

℞. Et salutare tuum da
nobis

Misereatur nostri omnípotens
Deus et, dimissis peccatis nostris,

En el nombre del ✠ Padre y del
Hijo y del Espíritu Santo.

℞. Amen.

El Señor esté con Vosotros.

℞. Y con tu espíritu.

Hermanos, antes de celebrar es-
tos sagrados misterios, reconoz-
camos nuestros pecados.

1

Yo confieso ante Dios todo-
poderoso y ante vosotros,
hermanos, que he pecado
mucho de pensa-
miento,
palabra, obra y omisión:
*por mi culpa, por mi culpa,
por mi gran culpa.* Por eso
ruego a Santa María, siem-
pre Vírgen, a los ángeles, a
los santos y a vosotros, her-
manos, que intercedáis por
mi ante Dios nuestro Señor.

2

Señor, ten misericordia de no-
sotros

℞. Porque hemos pecado
contra Ti.

Muéstranos, Señor, tu miseri-
cordia

℞. Y danos tu Salvación

Dios todopoderoso tenga miseri-
cordia de nosotros, perdone

perducat nos ad vitam æternam.

℞. Amen.

nuestros pecados y nos lleve a la vida eterna.

℞. Amén.



KYRIE

Kyrie, eleison.

℞. Kyrie, eleison.

Christe, eleison.

℞. Christe, eleison.

Kyrie, eleison.

℞. Kyrie, eleison.

GLORIA

Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, grátias ágimus tibi propter magnam gloriam tuam, Dómine Deus, Rex cœlestis Deus Pater omnipotens, Dómine Fili unigénite, *caput inclinatur Iesu Christe.*

Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis; qui tollis peccata mundi, súscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dóminus, tu solus Altísimus, *caput inclinatur Iesu Christe*, cum Sancto Spíritu:

✠ in gloria Dei Patris. Amen.

Gloria a Dios en el cielo y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad. Por tu inmensa gloria te alabamos, te bendecimos, te adoramos, te glorificamos, te damos gracias, Señor Dios, Rey celestial, Dios padre todopoderoso, Señor Hijo único *se inclina la cabeza Jesucristo.*

Señor Dios, Cordero de Dios, Hijo del Padre: Tú que quitas el pecado del mundo ten piedad de nosotros; Tú que quitas el pecado del mundo atiende nuestra súplica; Tú que estás sentado a la derecha del Padre, ten piedad de nosotros. Porque sólo Tú eres Santo, sólo Tú, Señor, sólo Tú Altísimo *se inclina la cabeza Jesucristo*, con el Espíritu Santo: ✠ en la gloria de Dios Padre. Amén.

COLLECTA

[...]per omnia sácula sæculorum. | [...] por los siglos de los siglos.
R̄. Amen. | R̄. Amén.



LITURGIA VERBI

LECTIO PRIMA

[...]
Verbum Dómini.
R̄. Deo gratias.

[...]
Palabra de Dios.
R̄. Te alabamos, Señor.

PSALMUS

LECTIO SECUNDA

[...]
Verbum Dómini.
R̄. Deo gratias.

[...]
Palabra de Dios.
R̄. Te alabamos, Señor.

ALLELUIA



Dóminus vobiscum.
R̄. Et cum spiritu tuo.

El Señor esté con vosotros.
R̄. Y con tu espíritu.

Lectio (vel **I**nítio) † † † sancti
Evangelii secundum...
R̄. Gloria tibi, Dómine.

Lectura (o **I**nicio) † † † del
Santo Evangelio según...
R̄. Gloria a Ti, Señor.

[...]
Evangelium Dómini nostri Iesu
Christi.
R̄. Laus tibi, Christe.

[...]
Palabra del Señor.
R̄. Gloria a Ti, Señor Jesús.

HOMILIA

CREDO



1 **C**redo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibílium omnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei unigénitum, et ex Patre natum ante omnia sácula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, génitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salutem descendit de cœlis.

genuflectitur Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Vírgine, et homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato; passus et sepultus est, et resurrexit tertia die, secundum Scripturas, et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et íterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mórtuos, cuius regni non erit finis.

Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul

1 **C**reo en un solo Dios, Padre todopoderoso, creador del cielo y de la tierra, de todo lo visible y lo invisible. Creo en un solo Señor Jesucristo, Hijo Único de Dios, nacido del Padre antes de todos los siglos. Dios de Dios, luz de luz. Dios verdadero de Dios verdadero, engendrado, no creado, de la misma naturaleza que el Padre, por quien todo fue hecho. Que por nosotros los hombres y por nuestra salvación, bajó del cielo.

de rodillas Y por obra del Espíritu Santo se encarnó de María la Virgen, y se hizo hombre.

Fue crucificado en tiempos de Poncio Pilato; padeció y fue sepultado, y resucitó al tercer día, según las Escrituras, y subió a los cielos, y está sentado a la derecha del Padre. Y de nuevo vendrá con gloria para juzgar a vivos y muertos, y su reino no tendrá fin.

Creo en el Espíritu Santo, Señor y dador de vida: que procede del Padre y del Hijo; que con el Padre y el Hijo recibe una misma adoración y gloria, y que habló por los profetas. Y

adoratur et conglorificatur:
qui locutus est per prophetas.
Et unam, sanctam, cathólicam
et apostólicam Ecclesiam.
Confiteor unum baptisma in
remissionem peccatorum. Et
expecto resurrectionem
mortuorum et ✠ vitam venturi
sæculi. Amen.

2 **C**redo in Deum,
Patrem omnipotentem,
Creatorem Cœli et terræ.
Et in Iesum Christum, Fílium
eius únicum, Dóminum
nostrum:

*caput inclinatur qui conceptus est
de Spíritu Sancto, natus ex
María Virgine,*
passus sub Póntio Pilato,
crucifixus, mórtuus, et
sepultus: descendit ad Ínferos;
tértia die resurrexit a mórtuis;
ascendit ad Cœlos; sedet ad
déteram Dei Patris
omnipotentis: inde venturus
est iudicare vivos et mórtuos.

Credo in Spíritum Sanctum,
Sanctam Ecclésiám
Cathólicam, Sanctorum
communiónem, remissionem
peccatorum, carnis
resurrectionem, vitam
æternam. Amen.

en la Iglesia, que es una,
santa, católica y apostólica.
Confieso que hay un solo bau-
tismo para el perdón de los
pecados. Espero la resurrec-
ción de los muertos y la
✠ vida del mundo futuro.
Amén.

2 **C**reo en Dios,
Padre todopoderoso, creador
del cielo y de la tierra.
Creo en Jesucristo, su único
Hijo, nuestro Señor:

*se inclina la cabeza que fue conce-
bido por obra y gracia del Es-
píritu Santo, nació de Santa
María Virgen,*
padeció bajo el poder de Pon-
cio Pilato, fue crucificado,
muerto y sepultado: descendió
a los infiernos; al tercer día re-
sucitó de entre los muertos;
subió a los Cielos y está sen-
tado a la derecha de Dios Pa-
dre todopoderoso. Desde allí
ha de venir a juzgar a vivos y
muertos.

Creo en el Espíritu Santo, la
Santa Iglesia Católica, la co-
munión de los santos, el per-
dón de los pecados, la resu-
rrección de la carne y la vida
eterna. Amén.

SEU ORATIO FIDELIUM

Oremus ad Dóminum

Ṙ. **Te rogamus, audi nos** (vel
Exaudi nos, Dómine).

Roguemos al Señor

Ṙ. **Te rogamus, óyenos** (o Es-
cúchanos, Señor).

ORATIO UNIVERSALIS

[...] per Christum, Dóminum
nostrum.

Ṙ. **Amen.**

[...] por Jesucristo, nuestro Se-
ñor

Ṙ. **Amén.**



LITURGIA EUCHARISTICA



OFFERTORIUM

Benedictus es, Dómine, Deus universi, quia de tua largitate accévimus panem, quem tibi offérimus, fructum terræ et óperis manuum hóminum, ex quo nobis fiet panis vitæ.

Ṛ. Benedictus Deus in sácula.

Benedictus es, Dómine, Deus universi, quia de tua largitate accévimus vinum, quod tibi offérimus, fructum vitis et óperis manuum hóminum, ex quo nobis fiet potus spiritualis.

Ṛ. Benedictus Deus in sácula.

Orate, fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipotentem!

Ṛ. Suscipiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et gloriam nóminis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

Bendito seas, Señor, Dios del Universo, por este pan, fruto de la tierra y del trabajo del hombre, que recibimos de tu generosidad y ahora te presentamos; él será para nosotros pan de vida.

Ṛ. Bendito seas por siempre, Señor.

Bendito seas, Señor, Dios del Universo, por este vino, fruto de la vid y del trabajo del hombre, que recibimos de tu generosidad y ahora te presentamos. Él será para nosotros bebida de salvación.

Ṛ. Bendito seas por siempre, Señor.

Orad, hermanos, para que este sacrificio, mío y vuestro, sea agradable a Dios, Padre todopoderoso!

Ṛ. El Señor reciba de tus manos este sacrificio, para alabanza y gloria de su Nombre, para nuestro bien y el de toda su Santa Iglesia.

ORATIO SUPER OBLATA

[...] per Christum, Dóminum nostrum.

Ṛ. Amen.

[...] por Jesucristo, nuestro Señor.

Ṛ. Amen.

I **D**óminus vobiscum.
Ṛ. Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.
Ṛ. Habemus ad Dóminum.

Gratias agamus Dómino Deo
nostro.
Ṛ. Dignum et iustum est.

El Señor esté con Vosotros.
Ṛ. Y con tu espíritu.

Levantemos el corazón.
Ṛ. Lo tenemos levantado ha-
cia el Señor.

Demos gracias al Señor, nuestro
Dios.
Ṛ. Es justo y necesario.

PRÆFATIO

Vere dignum et iustum est [...] sine fine dicentes:
Sanctus, sanctus, sanctus
Dóminus Deus Sábaoth. Pleni
sunt cœli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ✠ **qui venit in**
nómine Dómini. Hosanna in
excelsis.

En verdad es justo y necesario [...] diciendo sin cesar:
Santo, santo, santo es el Se-
ñor, Dios de los ejércitos. Lle-
nos están el cielo y la tierra de
tu gloria. Hosanna en el cielo.
Bendito ✠ **el que viene en**
nombre del Señor. Hosanna
en el cielo.

CANON ROMANUS

I **T**e ígitur, clementíssime Pater, per Iesum Christum, filium tuum, Dóminum nostrum, súplices, rogamus ac pétimus, uti accepta hábeas et benedicas, hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrificia illibata, in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta cathólica: quam pacificare, custodire, adunare et régere digneris toto orbe terrarum: una cum fámulo tuo Papa nostro **N.** et Antístite nostro **N.** et ómnibus orthodoxis atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

Memento, Dómine, famulorum famularumque tuarum et omnium circumstantium, quorum tibi fides cógnota est et nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque ómnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suæ: tibi que reddunt vota sua, æterno Deo, vivo et vero.

Communicantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginitatis Mariæ, Genitricis Dei et Dómini nostri Iesu Christi: sed et beati Ioseph eiusdem Virginitatis Sponsi, et beatorum Apostolorum ac Mátyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Ioannis et Pauli, Cosmæ et Damiani: et omnium Sanctorum tuorum; quorum méritis precibusque concedas, ut in ómnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Dómine, ut placatus accipias; diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos éripi, et in electorum tuorum iúbeas grege numerari.

Quam oblationem tu, Deus, in ómnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationábilem, acceptabilémque fácere digneris: ut nobis Corpus et Sanguis fiat, dilectíssimi Filii tui, Dómini nostri Iesu Christi.

Qui, pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, et elevatis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accípite et manducated ex eo omnes.

**HOC EST ENIM CORPUS MEUM
QUOD PRO VOBIS TRADETUR.**

Símili modo, postquam cœnatum est, accípiens et hunc præclarum cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas, item tibi, gratias agens, benedixit, deditque discipulis suis, dicens: Accípite et bíbite ex eo omnes.

**HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI NOVI ET
ÆTERNI TESTAMENTI, [MYSTÉRIUM FÍDEI]:
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR
IN REMISSIONEM PECCATORUM.
HOC FÁCITE IN MEAM COMMEMORATIONEM**

[Hæc quotiescúmque facéritis in mei memoriam facietis]

Mystérium fidei.

1. **R.** Mortem tuam annuntiamus, Dómine, et tuam resurrectionem confitemur, donec venias.

2. **R.** Quotiescúmque manducamus panem hunc et cálicem bíbimus, mortem tuam annuntiamus, Dómine, donec venias.

3. **R.** Salvator mundi, salva nos, qui per crucem et resurrectionem tuam liberasti nos.

1. **E**ste es el Misterio de la fe.

R. Anunciamos tu muerte, proclamamos tu resurrección. Ven Señor Jesús.

2. **A**clamemos el Misterio de la fe.

R. Cada vez que comemos de este pan y bebemos de este cáliz, anunciamos tu muerte, Señor, hasta que vuelvas.

3. **P**roclamemos el Misterio de la fe.

R. Sálvanos, Salvador del mundo, que nos has liberado por tu cruz y resurrección.

Unde et mémores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, eiusdem Christi Filii tui, Dómini nostri, tam beatæ passionis, nec non et ab ínferis resurrectionis, sed et in cælos gloriosæ ascensionis: offérimus præclaræ maiestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, Panem sanctum vitæ æternæ et Cálicem salutis perpétuæ.

Supra quæ propítio ac sereno vultu respícere digneris: et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es múnera pueri tui iusti Abel, et sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificum, immaculatam hostiam.

Súpplices te rogamus, omnípotens Deus: iube hæc perferri per manus sancti Ángeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinæ maiestatis tuæ: ut, quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii tui Corpus et Sánguinem sumpsérimus, omni benedictione cœlesti et grátia repleamur.

Memento etiam, Dómine, famulorum famularúmque tuarum **N.** et **N.**, qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis. Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecamur.

Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multitudíne miserationum tuarum sperántibus, partem áliquam et societatem donare digneris cum tuis sanctis Apóstolis et Martýribus: cum Ioanne, Stéphano, Matthia, Bárnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpétua, Ágatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia et ómnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non æstimator mériti, sed veniæ, quæsumus, lárgitor admitte.

Per Christum Dóminum nostrum, per quem hæc omnia, Dómine, semper bona creas, sanctificas, vivíficas, benedicas, et præstas nobis.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso est tibi, Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sácula sæculorum.
Ṛ. Amen.

Por Cristo, con Él y en Él, a Ti, Dios Padre omnipotente, en la unidad del Espíritu Santo, todo honor y toda gloria, por los siglos de los siglos.
Ṛ. Amén.

RITUS COMMUNIONIS



Præceptis salutáribus móniti, et divina institutione formati, audemus dicere:

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus

Fieles a la recomendación del Salvador y siguiendo su divina enseñanza, nos atrevemos a decir:

Padre nuestro, que estás en los cielos, santificado sea tu nombre, venga a nosotros tu reino. Hágase tu voluntad, así en la tierra como en el cielo. El pan nuestro de cada día, dánosle hoy. Y perdónanos nuestras deudas, así como

debitóribus nostris, et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.

Libera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut, ope misericórdiæ tuæ adiuti, et a peccato simus semper líberi et ab omni perturbacione securi: exspectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

Ṛ. Quia tuum est regnum et potestas et gloria in sácula.

Dómine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiæ tuæ, eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris.

Qui vivis et regnas in sácula sæculorum.

Ṛ. Amen.

Pax Dómini sit semper vobiscum.

Ṛ. Et cum spiritu tuo.

nosotros perdonamos a nuestros deudores. Y no nos dejes caer en la tentación, mas líbranos del mal.

Líbranos, Señor, de todos los males y, concédenos la paz en nuestros días, para que ayudados por tu misericordia vivamos siempre libres de pecado y protegidos de toda perturbación, mientras esperamos la gloriosa venida de nuestro Salvador, Jesucristo.

Ṛ. Tuyo es el reino, tuyo el poder y la gloria por siempre, Señor.

Señor Jesucristo, que dijiste a tus apóstoles: “la paz os dejo, mi paz os doy”, no tengas en cuenta nuestros pecados, sino la fe de tu Iglesia y, conforme a tu palabra, concédenos la paz y la unidad.

Tú que vives y reinas por los siglos de los siglos.

Ṛ. Amén.

La paz del Señor sea siempre con vosotros.

Ṛ. Y con tu espíritu.

AGNUS DEI

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Beati qui ad cenam Agni vocati sunt.

Ṛ. Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanábitur ánima mea.

Corpus Christi.

Ṛ. Amen.

COMMUNIO SPIRITALIS

Adorábilis Iesu, credo firma fide, te in sanctísimo Altaris Sacramento vere præsentem cum corpore et ánima, carne et sángine, divinitate et humanitate; adoro te, Deum et Dóminum meum, atque te amo super ómnia. Te cúpio ex toto corde meo, sed quia te, modo sacramentaliter suscípere non possum, veni saltem spiritaliter in cor meum. Iesu mi dulcíssime, únio me totum tibi et amplector

Cordero de Dios, que quitas el pecado del mundo, ten piedad de nosotros.

Cordero de Dios, que quitas el pecado del mundo, ten piedad de nosotros.

Cordero de Dios, que quitas el pecado del mundo, danos la paz

Éste es el Cordero de Dios, que quita el pecado del mundo.

Dichosos los invitados a la cena del Señor.

Ṛ. Señor, yo no soy digno de que entres en mi casa, pero una palabra tuya bastará para sanarme.

El Cuerpo de Cristo.

Ṛ. Amén.

COMUNIÓN ESPIRITUAL

Creo, Jesús mío, que estás real y verdaderamente en el cielo y en el Santísimo Sacramento del Altar.

Os amo sobre todas las cosas y deseo vivamente recibirte dentro de mi alma, pero no pudiendo hacerlo ahora sacramentalmente, venid al menos espiritualmente a mi corazón.

Y como si ya os hubiese recibido, os abrazo y me uno del todo a Ti.

te, ac si iam in cor meum
venisses, ne permittas me
separari a te. Sis mihi in vita
solátium, in morte viáticum, in
aeternitate præmium. Amen.

Ánima Christi, sanctifica me.

Corpus Christi, salve me.

Sanguis Christi, inebria me.

Aqua láteris Christi, lava me.

Passio Christi, conforta me.

O bone Iesu, exaudi me.

Intra tua vúlnera absconde me.

Ne permittas me separari a te.

Ab hoste maligno defende me.

In hora mortis meæ voca me.

Et iube me venire ad te,
ut cum Sanctis tuis laudem te,
in sácula sæculorum. Amen.

Señor, no permitas que jamás me
aparte de Ti. Amén.

Alma de Cristo, santificame.

Cuerpo de Cristo, sálvame.

Sangre de Cristo, embriágame.

Agua del costado de Cristo, lávame.

Pasión de Cristo, confórtame.

¡Oh buen Jesús!, óyeme.

Dentro de tus llagas, escóndeme.

No permitas que me aparte de ti.

Del maligno enemigo, defiéndeme.

En la hora de mi muerte, llámame.

Y mándame ir a ti para que con tus
santos te alabe por los siglos de los si-
glos. Amén

POSTCOMMUNIO



Oremus...

Ř. Amen.

Oremos...

Ř. Amén.

RITUS CONCLUSIONIS

Dóminus vobiscum.

Ř. Et cum spiritu tuo.



Benedicat vos omnípotens

Deus ✠ Pater et Filius et Spíritus
Sanctus.

Ř. Amen.

Ite, missa est.

Ř. Deo gratias.

El Señor esté con vosotros.

Ř. Y con tu espíritu.

La bendición de Dios todopo-
deroso, Padre, Hijo ✠ y Espíritus
Santo, descienda sobre vosotros.

Ř. Amen.

Podéis ir en paz.

Ř. Demos gracias a Dios.

ORATIONES POSTMISSAM

Sancte Michaël Archángele, defende nos in prælio. Contra nequitiam et insidias diaboli esto præsidium. Imperet illi Deus, supplices deprecamur.

Tuque, Princeps militiæ cœlestis, Sátanam aliosque spíritus malignos, qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute, in infernum detrude. Amen.

Salve Regina, Mater misericordiæ, vita, dulcedo, et spes nostra, salve. Ad te clamamus éxsules filii Evæ. Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle.

Eia, ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes óculos ad nos converte.

Et *caput inclinatur Iesum*, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exílium ostende.

O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria. Amen.

Ora pro nobis, Sancta Dei Génatrix.

Ṙ. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Arcángel San Miguel, defiéndenos en la batalla. Sé nuestro amparo contra la maldad y las asechanzas del demonio. Reprímale Dios, te pedimos suplicantes.

Y tú, oh Príncipe de la celestial milicia, por tu divino poder, arroja al infierno a Satanás y a los demás espíritus malignos, que para perdición de las almas vagan por el mundo. Amén.

Dios te **salve**, Reina y Madre de misericordia, vida, dulzura y esperanza nuestra; Dios te salve. A ti llamamos los desterrados hijos de Eva; a ti suspiramos, gimiendo y llorando en este valle de lágrimas. Ea, pues, Señora, abogada nuestra, vuelve a nosotros esos tus ojos misericordiosos.

Y después de este destierro, muéstranos a Jesús, fruto bendito de tu vientre.

¡Oh clementísima, oh piadosa, oh dulce siempre Virgen María!

Ruega por nosotros, Santa Madre de Dios.

Ṙ. Para que seamos dignos de alcanzar las promesas de nuestro Señor Jesucristo.



cruxsancta.com